



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Theodosius Abb. 11. Ian.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

THEODOSIUM Cappadocem antrum  
ajunt incoluisse; rectius regiam di-  
cerent: nam ad illud divertisse hospites  
primo itineris sui die tres Orientis Re-  
ges memorantur. Totus illi penus pal-  
ma, cella fons fuit, deliciae dactyli, her-  
bæque, & lacrimæ. Interim fuit, cùm  
centum & amplius mensas paucis pani-  
bus pasceret: aliàs, cùm Martiani hos-  
pes esset, illeque panem sibi deesse  
quereretur, THEODOSIUS in barbâ  
Martiani granum hærere frumenti con-  
spicatus, qui potes, inquit queri, qui  
tot panes in barbâ circumfers? simul,  
granum in granarium ablatum totum  
hoc complevit, & veluti angustias hu-  
jus accusaret, extra ostia se miracu-  
lumque effudit. Aliàs magno Pas-  
chatis die, cùm nihil in cibum sup-  
peteret, Numen THEODOSIO mu-  
lum submisit instructissimum cibariis,  
quâ re ille impulsus semper deinde  
egenis duplicavit pium stipendium. Jam  
mortis memoriam suis impensè com-  
mendavit. Eum in finem sepulchrum  
quandoque fieri jussit, rogavitque ce-  
quis eo tumultari vellat. Voluit Basilius  
quidam, qui mox suavissime ex-  
cessitè vitâ, nec tamen in odeo saero  
vel videri, vel audiri desiit. Præno-  
bilis

C

34 VITÆ SANCTORUM. 12. Ian  
bilis matronæ filio, dum inter pueriles  
ludos, lapsus in fontem cadit, absens  
THEODOSIUS, adfuit tamen specta-  
bilis, &c, ne aquis mergeretur innocen-  
tia, cavit. Vestis ejus cilicina militum  
Duci vicem loricae fuit, & victoriam  
peperit. Sed & tibi contra hostem intesti-  
num victoriam spondeo, si simili utaris  
loricâ. Ex Surio.

Magnum hujus vitæ solarium est, m  
habeas, cui pectus tuum aperias, cum qu  
arcana participes, cui committas secreta  
cordis tui; ut ames & sequare ipsum, qui  
tibi paternâ pietate in tristibus compati-  
tur, in persecutionibus adhortetur, & in  
prosperis gratuletur, S. Bern. tract. de  
Ord. Vit.

S. ARCADIUS M. 12. Januarij.

More Solis virtus hoc pulchrius ni-  
tet, quò diutius latet. Testem ARCA-  
DIUM adduco. Hic savientibus ubique  
terrarum in Christianos tyrannis, sive  
homo timore aliquo, sive CHRISTI  
mandato inductus, post habitis fidei  
fortunis omnibus, fugâ se subduxit, &  
aliquandiu latebras habitavit. Sed ni-  
mirum ut vinceret fugit ex latibulis  
suis velut insidiis hostem expectavat. Et-  
enim cum irruptione in domum factâ,  
& non reperto ARCADIO, ad tribunal  
de amicis ejus quispiam raperetur,

COR-